Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25941
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nec enim extraneam possumus reputare tristiciam.
quippe que nobis caritatis lege fit propria. Sed quia
in nulla desperatione de redemptoris nostri est misericordia
diffidendum. animos vestros ad consolationem erigi
te. spem vestram in omnipotentis dei manu poni
te. et in ipsius protectione confidimus. quia et ab omni
vos adversitate custodit. atque tribulationem vestram
exhilarat. et secundum paterna desidia propter vos or
dinari concedit. Si vero debitum sortis impleverit.
nec tamen desperatio vos aliqua comprimat. vel quorundam
vobis verba terrorem incutiant. Nam per dominum qui or
phanorum gubernator ac protector est. sic de dulcis
sima gloria eritis vestra sollicitudine atque utilitati vestre
providere ut possimus adiuvante domino festina
mus. ut nec vos iniustorum hominum concussio ulla
perturbet. et nos debitum quod de parentum vestrorum
bonitate contraximus. vobis per omnia rependisse. Gratia
itaque celestis vos suo favore nutriat. sua protec
tione a malis omnibus defendat. ut vite vestre in
columitas gaudium nostrum fiat. GREG. Ro
mano defensori Sicilie. XVIII.

PERVENIT ad nos quod siquis contra quos
libet clericos causam habeat. despec
tis eorum episcopis eosdem clericos in tuo faci
as iudicio exhiberi. Quod si ita est. valde constat
esse incongruum. hac tibi auctoritate precipimus. ut
hoc facere non presumas. sed siquis contra quemlibet
clericum causam habuerit. episcopum ipsius adeat. ut aut
ipse cognoscat. aut certe ab ipso iudices depu
tentur. aut si forte ad arbitros eundum est. partes
ad eligendum ad ipsum executio deputata com
pellat. Siquis vero clericus vel laicus contra episcopum
causam habuerit. tunc te interponere debes. ut inter
eos aut ipse cognoscas. aut certe te admonen
te eligant iudices. Nam si sua unicuique episco
pi iurisdictio non servatur. quid aliud agitur. nisi ut per
nos per quos ecclesiasticus custodiri ordo debuit est
fundatur. Preterea nuntiatum est nobis. quia clericos
quosdam qui a reverentissimo fratre nostro Iohanne episcopo exi
gente culpa in penitentiam commissi sunt. nesci
ente eo tua illos exinde auctoritate eieceris.
Quod si verum est. rem omnino inhonestam et non leviter
increpandam te fecisse cognoscas. Eosdem ergo cle
ricos episcopo suo sine mora restitue. et hoc de ce
tero cave committere. quia si neglexeris. nostros
te noveris non mediocriter motus incurrere.

Gregorius Iohanni episcopo Syracusano. XVIIII.

FRATERNITATIS vestre scripta
suscepi. que mihi de dulcissimi filii
mei domni Venantii egritudine loque
bantur. et cuncta circa eum qualiter acta sunt enar
rabant. Sed uno tempore auditis et illum gra
viter egrotare. et in rebus orphanorum homines iniquos
insistere. vix se dolor in corde meo capere
poterat. Sed in hoc fuit solaminis. quod per gemitus
erumpebat. Vestra ergo fraternitas primam quam debet cu
ram negligere non debet. ut de anima eius cogitare
debeat exhortando. rogando. dei terribile iudi
cium proponendo. ineffabilem eius misericordiam promit
tendo. ut ad habitum suum redire vel in extremum
debeat. ne ei reatus tante culpe in eterno iudicio
obsistat. Ac deinde vestrum est cogitare. quomodo filie
eius Barbara et Antonina debeant ordinari. ut nul
la occasio malis hominibus prebeatur. Nam priusquam
me de eis sollicitudinis curam gerere conivavit.
addens. ut earum debeam ordinationi prospicere. Ali
ud in epistola sua secutus est. quod hoc mihi studendi du
bium non est. quia possit obsistere. Ait enim ut serenis
simo imperatori sepius supplicem. quatenus ipse eas
faciat ut providit ordinari. quod quam sit contrarium
priori voluntati perpenditis. Ex qua re dubito. ne
hominibus in Sicilia positis. et querentibus occasio
nem in rebus ipsius apta detur occasio. Nam cognoscite
hoc quod facturi sunt. qui nulla existente causa iam si
gillum in substantia ipsius quantum dicitur niteban
tur imponere. Numquid non illos videtur ratio ad
faciendum adiuvare. et adhuc illis iustam quasi prebere
materiam. Si dixerint domno imperatori commen
date sunt. negligere non possumus. periculi nostri interest.
res institutum faciemus quousque domnus imperator
Constantinopoli duci preceperit. Hic ergo quid ad hec fac
turus sum. quando homini habenti potestatem pa
terna videtur commendatio concordare. Me enim coniu
rat. ut ita eas ordinari provideam. quatinus aut
in civitate romana sint. aut de Sicilia non tol
lantur. et ille id agit. ut eas nulla nec adducen
di. nec illic sit ratio retinendi. Vos tamen in quan
tum potestis malis hominibus obviate. earum sub
stantiam propter deum omnipotentem velut propriam de
fendite. et si adhuc licet quomodo omnis occasio
removeatur violentie. in predicti viri domni Ve
nantii testamento providete. Si autem placet ut